AULUS SERUUS XPI IHU· UOCA
TUS APLS · SEGREGATUS IN EUAN
GELIUM DI . ET CETERA .

In fronte huius eplę oritur quaestio· quare qui
prius saulus· post conuersionē dictus sit paulus:·
Legit quidē in ueteri testamto quorundā nominu
facta mutatio· ut abrā p̄ea dictus ē abraham· et
sarai· sarra· iacob quoq· isrt ⁊ in nouo etiā testamto hoc
inuenit; Nam qui prius simon· postea dictus: petrus; ⁊ filii zebedei
iohannes et iacob· boanerges· id filii tonitrui·; Sed hec diuino facta sunt
pcepto; Uerumtamen nihil tale de paulo legit; Unde quidā aiunt
quod hoc nom sortitus sit a uictoria· quia uicit paulū pconsulē cypri·
quia eū pdicatione superauit & fidei iugo subiecit· more regū·
qui uictis parthis· parthici· et uictis gothis appellantur gothici·
et hic sensus non per omnia euacuandus est· ⁊ At tamen quia non in di
uinis sed in humanis litteris inuenitur· profundius et conuenientius
discutienda est huius questionis solutio·, Qua propter sciendum·
quia mos fuit in ueteri testamento· ut unus idemq· homo· duobus aut
trib· nominib· uocaretur; Nam salomon uocatus ē ididā· et ecle
siastes; Ozias ipse est & azarias· Ioachim ipse est iechonias; Hunc
morem· nouum etiam testamentum seruat·, Matheus quippe
ipse est leui; Iudas idem ē et tatheus·, Siue ut quedam exēplaria
habent lebeus; sic ergo fieri potuit· ut apls duob· nominib· NUN
cupatus sit· saulus et paulus; Sed quam diu suae gentis administra
tor extitit dictus ē saulus· post quā uero gentibus grām euglii
ministrare coepit· paulus, ⁊ quod aūt ita sit manifestat liber actuū
aptor· ubi legitur· paulus qui et saulus·, Saulus aū ut quidā uolunt
dictus ē a saule rege· a cuius stirpe descendit·, Rursus querendum

Karlsruhe LB. Aug. CL, f. 4r

Cū gr̄a dī. tantū innobis beneficiū p̄stiterit. ut peccato moreremur. Quomodo
peccato nunc mortui. in illo id ē in peccato uiuemus. Quod ſi peccato uiui
mus nil aliud facimus. quā ut grāe dī ingrati ſimus; Qui enī laudat medicinę
beneficiū. n̄ docet uulnera & morboſ. a quib. illa ſanat. ſed quanto ma
iorib. medicina laudib. p̄fert̄. tanto magiſ morbi & uulnera horrent̄;
Sic ſic lauſ & p̄dicatio grāe dī. uituperatio & damnatio ē delictorū; Gratia namq.
dī uulnerib. nr̄iſ adhibuit medicinā. qua ſanaremur; & idcirco ubi
habundauit peccatū ſup habundauit grā. n̄ peccatiſ merito. ſed ſubueni
entiſ dī auxilio; & ut oſtenderet quia medicina grāe dī miſtice in
passione & reſurrectione dn̄i conſiſtit. adiecit; An ignoratiſ frſ quia
quicūq. baptizati ſumus in xp̄o ih̄u. in morte ipſius baptizati ſumus.
Quib. uerbiſ euident̄ oſtendit. in paſſione & reſurrectione dn̄i p̄fi
guratū interitū. & occaſū nr̄ę ueteriſ uitę. exordiū nouę abolitionē
iniquitatiſ. & iuſtitię renouationē; ſed unde hominib. hoc beneficiū collatū
eſt. ſcilicet p̄ fidem ih̄u xp̄i. quia apud ipſum ē fonſ uitę & in lumi
ne eiuſ uidebimuſ lumen; In morte ergo ipſius baptizati ſumus; quia ſicut
ille mortuus ē. ita & noſ cum abrenuntiamus diabolo & operib. ei.
ſęculo & pompiſ ei. quodāmodo morimur. dū aquiſ immergimur.
& quia dixerat. mortē ei. nr̄am ſignificaſſe mortem. ut oſtenderet
quę ſepultura illius. nr̄am ſignificabat ſepulturā. adiecit; Conſepulti
enī ſumus cum illo p̄ baptiſmū in mortem; Quaſi enī xp̄o conſepeli
mur. dū ſub aquiſ latemus; & uelut cū ipſo reſurgimus. cū ex aquiſ
renaſcimur. ut mortui uitiſ. dō uirtutib. uiuere incipiam; & ſcien
dum quia ſacramenta quędā ſimilitudinē habent earū rerū. quarū ſ
ſacramenta; quę ſi non haberent. ſacramenta n̄ eēnt; Ex quadā ergo ſimilitu
dine earum rerū quarū ſacramenta ſ. uocabula ſumunt; ſemel enī xp̄ſ in
ſe ipſo p̄ ſalute hominū oblat ē. ſ in miſterio n̄ ſolū p̄ omnſ paſcę ſol
lemnitateſ. ſed etiā omī die fidelib. immolat̄; ſecundum quendā ergo modū.
ſacramentū corporiſ illiuſ. ipſū corpuſ ei ē; ſacramentū ſanguiniſ ē. ipſe ſanguiſ;
ſic et ſacramentū mortiſ ei. morſ ipſa ē; et ſacramentū ſepulturę. ipſa ē ſepultura; &
ſacramentū.

Karlsruhe LB. Aug. CL, f. 33v